

*58. Instrumentum venditionis di Galasio
de Stampis e sua sorella Angela in
favore di Andrea notarii Andree,
procuratore del vescovo di Potenza,
Giovanni, e del capitolo potentino*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*58. Instrumentum venditionis di Galasio
de Stampis e sua sorella Angela in
favore di Andrea notarii Andree,
procuratore del vescovo di Potenza,
Giovanni, e del capitolo potentino*

1361-01-18

*Stampis e sua sorella Angela in favore di Andrea**notarii Andree, procuratore del vescovo di**Potenzani, e del capitolo potentino*

(c. 446v) ~~In nomine domini nostri Iesu Christi~~
 amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo
 sexagesimo primo, regnantibus serenissimis dominis
 nostris domino Lodovico rege et domina Ioanna regina,
 Dei gratia inclitis Ierusalem et Sicilie, ducatus Apulie
 et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac
 Pedimontis comitibus, regnorum vero dicti domini // (c.
 447r) regis anno tertiodecimo prefateque regine anno
 octuodecimo *<sic>* feliciter amen, mense ianuarii, die
 octavo decimo eiusdem, quarte decime indictionis, apud
 civitatem Potentie.

Nos Girardus de Caruba de Potentia annalis iudex
 civitatis eiusdem, Nicolaus de Lavena de Brandusio de
 Montanii publicus ubilibet per provincias Terre Laboris
 et comitatus Molisii, Principatus citra et ultraque serras
 Montorii, Capitinate, Basilicate, Terre Bari et Terre
 Ydronti regia et regali autoritate notarius et testes
 subscr[i]pti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti
 scripto publico notumfaci/ et testamur quod in nostri
 presentia constituti Galasius de Stampis et Angela, soror
 eius, de Potentie, mulier mero iure Romano vivens sicut
 ceteri homines et mulieres dicte civitatis Potentie ab
 antiquo vixerunt et vivunt, maior quatuordecim annis pro
 ut apparebat tam per aspectum corporis sui quam per
 assercione dicti Gilasii *<sic>* fratris sui, vendiderunt et
 per fustis traditionem assignaverunt iure proprio et in
 perpetuum domno Andrea notarii Andree de eadem terra,
 procuratori generali ad causas et negotia reverendi in
 Christo patris et domini // (c. 447v) domini Iohannis Dei
 et apostolice Sedis gratia episcopi Potentini et capituli
 Potentini, ut dixit, ibidem presenti procuratorio nomine
 et pro parte dictorum domini episcopi et capituli, ad

opus videlicet luminariorum ecclesie Sancti Girardi, maioris ecclesie Potentine recipienti et ementi, omnes terras quas habebant ipsi venditores comuniter <et> pro indiviso ad dictam ecclesiam Sancti Girardi, sitas et positas in tenimento Potentie in contrata que dicitur Bulla Gu[e]ccu et Flomaria, quarum fines hos esse dixerunt: ab una parte tenet ecclesia Sancti Girardi, a tribus partibus tenent heredes quondam Manfredi de Calvello, iuxta terram Ianocci de Vertada et siqui alii sunt confines; item aliam petiam terre sitam in eadem contrata cuius fines hos esse dixerunt: ab una parte tenet Nicolaus de Basamorosa et ab alia parte tenet dicta ecclesia et siqui alii sunt confines ad habendum, tenendum, possidendum, usufruendum <sic> et permutandum terras predictas ad opus et utilitatem dictorum luminariorum, cum accessibus et egressibus suis usque in vias publicas omnibusque iuribus et pertinentiis // (c. 448r) suis. Pro qua quidem venditione dicti venditores coram nobis se confexi fuerunt et contenti presentialiter recepissee et habuisse et manualiter ab eodem emptore nomine precii de peccunia iurium dictorum luminariorum, in carlenis argenti, sexaginta per unciam computatis, uncias quatuor ponderis generalis, totum videlicet precium venditionis ipius, numeratas inter eos et depositas in quodam saccuculo <sic> pro ut vidimus et ins[p]eximus oculate; renunciantes exceptioni dicti venditores exceptioni <sic> doli mali, metus, vis et infactum, exceptioni etiam non numerate peccunie, non ponderati seu electi argenti, legi resissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur in omni alii legum et iuris auxilio qua vel quibus dicta posset vendicio et confexio seu huius scripti tenor in aliquo annullari; et specialiter iuri dicenti generalem renunciacionem

non valere, promittentes dicti venditores per se et heredes eorum dicto emptori pro se et procuratorio nomine et pro parte dictorum // (c. 448v) domini episcopi et capituli eorumque successorum stipulanti, litem vel controversiam eis vel eorum successoribus de predictis terris ullo umquam tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsas tam in proprietate quam in possessione eis et eorum successoribus ab omni homine et universitate legitime defendere, autorizare et disbrigare et predicta venditione et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se vel alium, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub pena dupli precii supradicti, medietate ipsius pene regie et regali curie et reliqua medietate luminaribus dicte ecclesie persolvenda, me predicto notario publico pro parte eiusdem curie et dicto emptore pro parte dicte ecclesie sollemniter et legitime stipulantibus penam ipsam. Qua predicta pena soluta vel non soluta aut gratiose remissa, predicta omnia et singula firma perducent, iurantes insuper dicti venditores in manibus dicti emptoris ad sancta Dei evangelia corporaliter tacta predicta venditione // (c. 449r) et omnia et singula suprascripta firma et rata habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se vel alios seu alium, omni dolo et fraude cessantibus. In cuius rei testimonium et causa dictorum domini episcopi et capituli et eorum successorum ac predictae ecclesie venditionem perpetuam et cautelam, presens publicum instrumentum exceptione factum est per manus mei predicti notarii signo meo solito signatum, subscriptione mei predicti iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptionibus et subsignationibus roboratum.

6

1

2

3

4

5

6

7

8

Quod scripsi ego idem Nicolaus ut supra publicus
«notarius» et meo consueto signo signavi. (SN) Ego
Girardus de Car[ru]ba iudex civitatis Potentie qui supra
Ego presbiter Nicolaus Tarallus interfui Ego Demetrius
de Abrucio testis interfui Ego Nicolaus Cara(n)chia
intefui Ego Raimundo de Montesano «sic» testis interfui

9

Così S per Brundusio de Montanea (*da docc. coevi*)

Così S per cum dicta ecclesia

Così S forse per Ioannotti

Così S per et

Così S per perdurent

Così S per? certitudinem

Così S per cautelam

Così S per? vendictionis

Così S qui, in docc. coevi Carrachia